

uiuencium. quos pater abraham primo fodit
ysaac eruderauit. quosq; nituntur obstruere
philistyni. genchis vicesimo sexto. Vos estis
reuera spice gratissime plene granis. solis a
postolicas manibus confricande. vt egre diaf
cibus gratissimus famelicis animabus. **ma**
thei rñ. Vos estis vrne auree quibus manna
reconditur. atq; petre melliflue ymmo potius
fau mellis. **V**ltra vltima lactis vite. prōp
tuaria semper plena. Vos lignum vite. atq;
quadrupartitus fluius paradisi. quo mens
humana pascitur. et aridus intellectus inui
tur et rigatur. Vos archa noe. et scala iacob ca
nalesq; quibus fetus intuentium coloratur.
Vos lapides testimoniij. et lagene seruantes
lampades gedemonis. **P**era dauid de qua lim
pidissimi lapides extrahuntur. vt goliath p
sternatur. Vos estis aurea vasa templi. ar
ma clericorum imlicie. quib; tela nequissimi
destruuntur. **O**liue fecunde. **V**inee eugadi. **F**icus
sterilescere nescientes. **L**ucerne ardentes. **E**t
optima queq; scripture libris ad optare pote
rimus si loqui libeat figurate. **¶**
¶ Capitulum autem istud secundum canat qd li
bri diuichs. et delicijs corporalibus sunt pre
ponendi

E quodlibet iuxta gradū valoris gra-
dum mereatur amoris. valorem vero
librorū ineffabilē persuadet presens
capitulum non tamen liquet lectori. quid sit
concludendum probabiliter. **N**on enī demon-
strationibus in morali materia utimur. reco-
dantes quoniam disciplinati hominis ē certi-
tudinem querere sicut rei naturam prosperit
tolerare aristotule philosopho attestante ethi-
corū primo et methaphisice secundo. **Q**uoniam
nec tilius requirit euclidem. nec euclidē tili?
facit fidem. **H**oc reuera siue loice siue rethori-
ce suadere conamur. q̄ quecūq; diuicie uel de-
licie cedere debent libris in anima spiritali.
ubi spiritus. qui est caritas ordinat caritatem.
Primo quidem quia in libris. sapientia cōti-
netur. plusq̄ omnes mortales apprehendunt.
Sapientia vero diuicias vilipendit. sicut ca-
pitulum antecedens allegat. **P**reterea aris-
totules de problematib; tertio problemate
decimo istam determinat questionem propter
quid antiqui gignasticis et corporalibus ago-
nijs premia statuerunt potioribus. nullū um-
q̄ premium sapientie decreuerunt. **P**anc ques-
tionē ita soluit. **I**n gignasticis exercitijs. pre-
mium est melius et eligibili⁹ illo p̄ quo datur

Sapientia autem nichil melius esse constat.
Quamobrem sapientie nullum potuit premiū
assignari. Igitur nec diuicie nec delicie sapi-
entiam antecellunt. Rursus amicitiam diuicijs
preponendam esse. solus negabit insipiens.
cum sapientissim⁹ hoc testatur. Amicitie vero
veritatem archiphilosophus prehonorat. Et ve-
rus ierobabel omnibus anteposit. Subsunt
igitur delicie veritati. ¶ Veritatem vero potis-
sime et tuentur ⁊ continent satis libri. ymmo
sunt veritas ipsa scripta. quia pro nunc libro-
rum asseres. librorum nō asserimus esse par-
tes. ¶ Quamobrem diuicie subsunt libris. pre-
sertim cum preciosissimum genus diuiciarum
omnium sint amici sicut secundo de consolatio-
ne testatur Boetius. ¶ Quibus tamen librorū
veritas est per aristotilem preferenda. Ampli-
us vero cum diuicie ad solius corporis subditi-
a primo et principaliter pertinerent noscantur
Veritas vero librorum sit perfectio ratiois q̄
bonum humanum proprie nominatur. ¶ Ergo
apparet q̄ libri homini ratione vtenti sunt
diuicijs cariores. ¶ Preterea enim illud quo fi-
des defenditur commodius. Dilatatur diffusi-
us. Predicatur lucidius. diligibilius debet
esse. ⁊ fidei

Hoc

autem est librorū veritas · libris inscripta **Q**uod
evidentiū figurauit saluator · quando contra
temptationem preliatur · viriliter se sauto cir-
cūdedit veritatis · non cuiuslibet sed scripte ·
scriptum est premittens · quod viue vobis at-
tulo erat prolaturus · mathei quarto · Sur-
sus igitur felicitate nemo dubitat esse diuicij
preponendam · **C**onsistit enim felicitas in ope-
ratione nobilissime et diuiniōis potentie ·
quam habemus dum videlicet · intellectus va-
cat totaliter veritati sapientie contemplan-
de · que est delectabilissima omnium operationū
secundum virtutem · sicut princeps phōrum
aristotiles determinat quarto ethicorū **P**rop-
ter quod et philosophia · videtur habere admi-
rabiles delectationes puritate et firmitate ut
ibidem scribitur consequentur · **C**ontemplatio
autem veritatis numquam est perfectior · q̄ p
libros dum actualis ymaginatio continuata ·
per actum intellectus · sup̄ visas veritates non
sustinet interrumpi · q̄ obrem libri videntur es-
se felicitatis speculatiue · immediatissima inst-
rumenta **U**nde aristotiles sol phisice veritatis
vbi de eligēdis distribuit methados docet q̄
philosophari est simpliciter eligibilius q̄ dita-
re · q̄uis ī casu ex arāstācijs puta necessarijs

indigenti. ditari q̃ philosophari sit potius e-
ligēdum. tercio topicoꝝ. **A**dhuc cū nobis libri
sint cōmodissimi magistri vt precedēs assuē-
capitulū. eisdem nō immerito tam amorem q̃
honorem tribuere cōuenit magistrale. **T**an-
dem cū omēs homines natura scire desiderāt.
ac per libros scienciam veritatis preoptādam
diuicijs omnib⁹ adipisci possimus. quis homo
secūdu naturam viuens. librorū nō habeat ap-
petitū. **Q**uāuis vero p̃ccos margaritas spe-
nere videam⁹. nichil ī hoc prudētis leditur opi-
nio. quo minus oblatas cōparet margaritas.
Preciosior igitur ē cūctis opib⁹ sapiēcie libra-
ria. et ōnia que desiderantur. huic non valet
comparari prouerbioꝝ tercio. **Q**uisquis igitur
se fatetur veritatis. felicitatis. sapiencie. scien-
cie. vel etiam fidei zelatorem. librorum necesse
est se faciat amatorem. **¶** **C**apitulum quidem
tercium q̃ libri semper debent enī nisi in duo-
bus casibus. * * * * *

Quodrelarium nobis gratum de predic-
tis eliciamus. paucis tamen vt credi-
mus acceptandum. **N**ullam videli-
cet debere caritiam. hominem impedire ab
emptione librorum. cum sibi suppetat quod
petitur pro eisdem. nisi vt obfistatur malicie